

D. O. M.

JUBILÆVS

DE ORIGI-
NE, ERRORE, ET
RESTITVTIONE S. CO-
RONÆ HVNGARIÆ REGNI
FORTISS. AC FÆLICISSI.

PRÆTEREA

COROLLA MIXTA

AD FÆLICIS-
SIMAM AC MERITISS: CO-
RONATIONEM NOVI REGIS
Hungariæ pijsimæ status, humili-
me texta

AB

ELIA BERGER, A. G. P. L. ET R. H.
Historico.

ANNO M. DC. VIII.

S. S. CORONAE R. H.

DUCE, VINDICE, CUSTODI,
SPONSORI POSSESSORI, PATRI,
Domino, Regi Sacrum hoc.

SERENISSIMO,
AC POTENTISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO, DN MATTHIAE II, REGI
Hungariae, designato Regi Bohemiae, Marchioni Moraviae, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, &c. D. D. clementissimo.


REVERENDIS-
SIMIS, ET ILLUSTRIS-
SIS, SPECTABILIBVS, AC MAGNI-
*ficis, D. D. Generosissimis, ac Nobilissimis statibus, ac or-
dinibus Regni Hungariae fortissimis ac felicissimis,
Dominis ac Patronis observan-
dissimis.*

C. D. D. D.

M. ACADEMIA
KÖNYVTÁRA

humilimus, ac deditiss. cliens

Elias Berger A. G. P. L.
H. C.



Era, sed rara (superi omnes fa-
xint) & longa diuturna; fœli-
citas tibi, Rex Serenissime, con-
tigit: vt pacatae Hungariae nu-
men illud tutelare CORONAM
SANCTAM, quae inter ignotos
hospites tot annis peregrinaba-
tur, inferres. Nam cum à principio fœlicis GUBER-
NATIONIS, & fiduciariae post Caesarem RUDOL-
PHVM II. in regno Hungariae operae, omnes curas, &
labores strenua, & invicta mente perferendo, con-
silia, & conatus omnes in pace & salute Hungariae
procuranda ponendo, velut intra stadium regionum,
& Heroicorum facinorum, & meritorum ad metam
decurreres: id vnicum restabat, vt eximium illud &
pulcherrimum clenodium, tanquam meritissimum
brabæum S. CORONAM Regni Hungariae coelesti
quadam fœlicitate recuperares Dederunt tibi IM-
MORTALES. Vt quibus virtutibus ac meritis erga
Rempub. Hungaricam principatum gloriae obtine-
res: iisdem mediis fidiis virtutibus ac meritis RE-
GIAE MAIESTATIS axioma gloriosissimum antici-

pares. Quid ergò aliud putamus? quam divino munere effectum Princeps potentissime: ut destinatum jam SACRAE CORONAE caput, & Regum contubernio & commercio adscribendum, indignam regio animo fortunæ violentiam prioris haud amplius sentiret. Non potuit profectò quisquam hanc tuam foelicitatem coelestium iudicio destinatam humanis consilijs impedire conando, aut prævertere invidendo. Nam quod ignari tantæ foelicitatis aestimatores, & invidi gloriæ tuæ obrectatores eujusdam temeritatis crimine obstrepunt: næ illi DEO ipsi obstrepere audent, cum sis illa animi moderatione, quæ mentem tuam impotenti temeritatis incursu transversam ferri non patitur. Laudanda omnino fiducia hæc est, quæ aestimationem sui certo pondere examinat, tantum sibi arrogans, quantum à contemptu & insolentia distare satis est. Vindicastite, Princeps potentissime, à contemptu, quem more tuo pleno fiducia bonæ consilio multum diuq; ferebas: donec favientem fortunam in adiutorium tui pudore victam converteres, & divinitus datum pacis & gloriæ beneficium supremo CORONAE RECUPERATAE fastigio concluderes.

Hæc certè animi tui moderatio, ut reprehensionis morsu vacua; sic laudis quæstus opulentissima in meritorum tuorum de Hungariæ statu optimo consideratio-

ratione consistit, & dignissimam à DEO, & superis mercedem accipit, qui incolumitatis Hungariæ præsidium, & virtutum tuarum suffragia falso, aut ambiguo interpellare iudicio noluerunt.

Nec ego ad quercum pronas manus porrigam, ubi ob cives & civium patrias servatas CORONA danda est, qua postes Augustissimæ domus Austriacæ per te ornata sempiterna gloria triumphant. Piget nunc tædetq; per bellorū procellas procedere, milleq; lauras hostili, & Turcico sanguine imbutas portis tuorum triumphorum suffigere, aut suffixas numerare. CORONAE HUNGARICAE sanctæ solemnitati, Princeps serenissime, nunc favens ac propicius adesse digneris.

CORONA hæc HUNGARIAE SANCTA & ANGELICA merito appellatur. Illa enim primis illis incunabulis Sanctæ Religionis nobis cælitus missa, & per Angelos allata est. Illa tenebras Cimmerias, & noctes Hunnicas sancto suo fulgore Fidei Christianæ depulit. Illa mentes Ethnicas ab impietate gentili liberatas Sanctorum contubernio adscripsit. Illa Sancto Regi Stephano fidei sanctæ mysteria insinuavit. Apostolicam scriptores sapientiores vocant, Symbolum enim divini illius ordinis Sacrosanctæ FIDEI duodecim Articulorum per totidem Apostolos compositum arcânium continet, quos aurea illa circumferentia splendoreq; gemmarum ingenue repræsentat. Ter

A 3 & qua-

& quater auro illo preciosior & sanctior, & pulchrior, quod aurea illa pectora oraq; Sanctorum Apostolorum, imaginesq; manibus caelestibus fufas ostentat. Regemq; Coronatum, ad amorem, studium, & cultum Sacrosanctae Apostolicae, doctrinae & Catholicae Ecclesiae Sancto fastigio exulciat.

Divinae vero bonitatis, & providentiae omnibus omnium aetatum regni Hungariae seculis in CORONAE Sanctae conservatione fuit testimonium, dum multis obnoxia fortunae injurijs, casibus, erroribusq; circumlata, hostiumq; potestati subiecta, patriae semper magno cum honore restituta fuerat. Ac ut aliquis in levioris argumenti materia sapientum vices sub imagine errorum Vlyssis persequi vellet: nobiliore profecto titulo, & insigniore imagine Regni vetustissimi, & nobilissimi Hungariae fortunam ex simulacris quibusdam sacrosanctae CORONAE hujus Errorum colligere licet.

Quoties enim fato humano divinum hoc, & Augustale instrumentum in discrimen incidit: toties Hungariae foelicitas variata notabiles accepit plagas. At cum nec dum Hungaria ad sublimem Regni dignitatem pervenerat, ducum celebri saltem fama, SANCTVS STEPHANVS divino inflatus Spiritu, gentem immanem ac barbaram patrios ritus deserere, & legibus fidei Christianae vivere coegit, eamq;

eamq; divini beneficij memoriam Pontificis Romani, qui tum in toto orbe Christiano summam fidei Christianae auctoritatem obtinuit, suffragio comprobare cupierat, caelesti & Angelorum revelatione CORONAM hanc, quam prius duci Polonorum obdesertos manes, & deos, gentiles destinaverat. REGI & APOSTOLO HUNGARIAE S. STEPHANO, monitus contulit, ac novo regno Hungariae consecravit. Caeteros nimirum ipsi divina sua suffragatione auspices ac patroni pulcherrimum, & regni, & CORONAE initium humano quasi errore factum, cum nihil verius apud illos hoc vero fuerat, comprobant.

A principio vero regni post obitum Divi Stephani, cum saepius pignora regum intestina laborabant discordia, dia, quibuslibet inter tam multos ad regni spem excitis CORONA S. in varias rapiabatur partes: vicit tamen ac triumphavit, partim quod patriae complexu non nisi per civium ambitionem, ac insolentiam secura esse poterat, dum quoda multo petebatur, arctius ac diligentius servaretur: partim quod divinus D. Stephani genius fortunam ipsius in patriae sinu periclitari non sinebat. Dum exterorum societas, & potentia implorata erat, ambitu, & fraude externa S. CORONA quaerebatur. Externi enim principes Regni foelicissimi Hungariae, & CORONAE, quae tantae foelicitatis argumentum erat, amore capti, distra-

tractos Hungarorum animos sollicitando, ac sibi conciliando omnis improperę sortis terminos amplificarunt. Parce, oro, verbis meis S. CORONA, si commune ERRORIS vocabulum, tua maiestate indignum numini tuo affigam. Errabant quoq; ac peregrinabantur divi illi Religionis nostrę principes Apostoli & Martyres, qui tuum aureum orbem complent, & velut suę quondam inter homines sortis conscij, eandem quoq; fortunam te experiri contendunt.

PRIMVS igitur & SECUNDVS ERROR SACRÆ CORONAE fuit, dum Hungaria divisa suffragijs externum Regem Bohemum Venceslaum elegerat, cuius pater veritus ne filio unice charo discordia procerum noceret. S. CORONAM una cum filio in Bohemiam abstulit, ubi diu detenta tandem Othonis Bavarię Principis mortalis auri precio pensata S. CORONA, dum huc nunc illuc ambiendo & venando favores procerum vagatur, à tergo equitis decidens vna cum lagenula in qua inclusa erat, publica via inter oculos omnium iter agentium jacebat, radijs suę divinitatis occæcabat, vt latuisset, dum retro metiente suos gressus equite, misero viatorum inventa casu errore adhuc continuo ferebatur, donec vindicando se ab impijs & sacrilegis manibus, inter fidelium civium dextras servata respirasset. O errorem

aut

aut verius casum funestissimum Hungarię! nisi cœlestes patroni miserati nobilissimi regni pignus, patrię reddidissent.

Tertius Error S. CORONAE occasione ejusdem civilis discordię fœminea fraude & astu contigit. Post mortem ALBERTI Cæsaris, & Regis Hungarię, dum posthumum Regina pateret, eumq; proceres Hungarię velut hæredem legitimum in cunis sacra insignirent corona. Regina verita, ne rege per ætatem ad regnandum inepto, alius S. CORONAE usum ac gloriam adipisceretur, eandem Visegradum deferens, adytis quam inferre visa est, abstulit procul à patrię conspectu, crimen hoc pacto inexpiabile commisit: vt & fiduciam tanti numinis intra limites regni pro salute patrię excubantis falleret, & multorum malorum causam annis sequentibus præberet. Errare hic visa est non tam fato proprio, & maligno fortunę errore, quam dolo bono alieno, vtraq; parte, & quæ infamiam suo honori & utilitati præposuisset, & quæ incuria, & inconstantia animorum fœmineam fraudem & credulitatem confirmasset, pœnas debitas exolvente. Vix vero fidem mereri posset, quantorum bellorum hæc fraus fœminæ causa extitit, cum Hungaros religio S. CORONAE infixam animis arma sumere, & plurimis Austriam exercere cladibus continuis viginti quatuor annis, quibus illa in potestate Cæsaris

B

ris

ris FRIDERICI III. fuerat, cogebat. Exegit tan-
dem S. CORONA a violatoribus suis gravi piacula
& Hungari vindices hujus criminis non augende sal-
tem religionis S. CORONAE causa, sed praesentiae
hujus hospitalis numinis comperta ipsis majoribusq;
ipsorum prodigia meditantibus, non suo solum proprio
sanguine: sed etiam clade patriae publica Erroris hu-
jus poenas luebant, & exigebant.

Inculsa deniq; Religio S. CORONAE ex tam diu-
turna ipsius absentia, ad DIVVM MATTHIAM Re-
gem Hungariae potentissimum perseveravit. Hic e-
nim coelesti quodam fato Hungariae datus Rex, nihil
prius, nihil posterius, inter tot bella, & calamitates pa-
triae habuit, quam ut quam primum diadema hoc An-
gelicum patriae restitueret, sine quo nec regalis habe-
ri majestas, nec leges condi, nec sacra proficere, nec
pax sanciri, nec bella geri, nec ullum genus officij pri-
vati aut publici foelices habere eventus potest. REI
in regno pulcherrimae, & sanctissimae, ut habeatur jam
tandem copia: utq; omni divino & humano liberetur
scelere, cum nec armis quicquam effici poterat, & san-
guinis profusi satietas caeperat, ea ratio est inita: ut
indigno more S. CORONA venalis habeatur, nu-
menq; APOSTOLICVM maxima celituum indulgen-
tia, nescio, an fatali institorum experientia? impenso
auro redemptum precio non sine gloriae confusione

ad

ad penates patrios rediret. Quartus S. CORONAE
ERROR, eo periculosior, quod inter eos hostes, qui
ad aras suas impias (velut Hannibal adversus Ro-
manos) DIIS suis sacramentum furoris sui contra
Christianos dicunt, devenerat. Etenim post obitum
tristissimum LUDOVICI II ardente Hungaria bel-
lo intestino, FERDINANDO Caesare, & Iohanne pri-
mo regni competitoribus inter se dimicantibus, illa
fuit S. CORONAE conditio: ut pro diversitate inge-
nij, & factionis eorum quorum custodia & fidei erit
commissa raptata, ignaro numine & prodigioso fato
in Turcarum deveniret potestatem. Cum enim Pe-
trus Perenni vnus custodum regaliu thesauri S. CO-
RONAM in numero suorum scriniorum poneret, atq;
ad loca tutiora, ad quae transire volebat fugiens mo-
res Tyranni Turcarum transmitteret, in praedonum
manus incurrit, qui hanc eandem cum caeteris profa-
nis rebus divo Tyranni SOLIMMANI spectaculo ex-
hibuerunt. Quid hoc tristius spectaculo? Quid diali a-
pice indignius? Quid coelesti & Angelico diademate
inauspiciatius? Inter ipsas sceleratas manubias, manus
praedatrices, spolia sanguine parta simulacrum pater-
nae gloriae jacuisse! Vnicum & verum Regni Hunga-
riae thesaurum, belli & pacis pignus, justitiae & foelicia-
tatis autoramentum saevissimis, hostis oculis, & ava-
rissimo intuitui objectum fuisse? At humano majus

B 2

mira-

IN **INTTAM** **REGNUM**
miraculo, divinoq; simile prodigio Tyrannum aut
negligentia & contemptu quodam barbarico: aut
potius cœlesti patrocínio arcanum movente, manus
abstinuisse, intactam in violatamq; S. Coronam Dis
patris restituisse. Errabat porro divina quasi permis-
su S. CORONA civili discordia tantum bonum negli-
gente. Errabat simul & ipsa legitima Regis potestas,
cujus diadema sacrum imaginem habet, dum pluri-
mis divinitus conservata ab insidijs: seu ita mens
Georgij Monachi divinis exagitata furijs, decreverat;
seu ut ipsa eadem S. CORONA verum & inviolatum
regem Hungariæ suo manifestasset & comprobasset
iudicio, Viennam ad FERDINANDVM missa est:
Vbi & de longo veluti exilio triumphavit, & in verò
imperij capite requievit. O facilem hostis immanita-
tem! O fœlicem errorem! Optimum enim divino &
humano iudicio fuerat: vt pro tot immensis curis la-
boribusq; D. FERDINANDI erga Rempub. Hunga-
ricam, S. Corona restitutione sua digna premia ac præ-
mia constitueret, illamque solum, ac vnicam legitimi
& divinitus dati Regis testem, ac indicem, palam o-
mnibus fieret. At quando ad fœlicissimam, & glo-
riosissimam AVSTRIACAE domus in Hungaria Gu-
bernationem perventum est, altius paulo repetam.
A quo primum tempore S. CORONA Hungariæ
quasi nuncio divinitus misso, & Augustali symbolo,
regnum

regnum Hungariæ post secula MATTHIÆ I. in
domum Austriacam redijt, cum antea Ladislao ejus
generis posthumo mortuo, reddita etiam per Friede-
ricum III. Corona, Vladislao & Ludovico regnan-
te paulum possessio S. CORONAE, regniq; gubernia
interpolata essent, ab exilio velut ad penates patrios
reversa videtur esse, & ex civili illo Hungariæ luctuo-
sissimoq; eluctata bello, tanquam ruina rerum, repo-
sita fuit apud unam, integram, atq; immobilem DO-
MVS AVSTRIACAE virtutem, tutelam, atq; custodi-
am, cuius optimi consilij, & fœlicissimi eventus argu-
menta verissima, Illustrissimi proceres Hungariæ, si
requiritis facile pro sua sapientia prudentiaque ani-
madvertere, & colligere potestis.

Quid enim honestius? Quid gloriosus S. CORO-
NAE regni Hungariæ? quàm in illa domo ac profa-
pia reservari? in qua tot seculis Romani imperij dia-
demata, ancylia cœlo demissa occultantur? in qua
omnis omnium & maximorum EVROPAE regno-
rum principatuumq; imagines sacrosanctæ heredita-
rio jure habentur? in qua, præter hæc cœmica & hu-
mana. Religio, cura Deorum immaculata & invio-
lata velut penes Deos immortales consistunt? Fœli-
citatibus hoc summæ est, non in arce aut præsidio mor-
tali, non in sublimi illo VVisegrado, quod & obsede-
rat, & possederat recepta S. Corona Vladislao, non
B 3 in quo-

in quo vis alio loco, quem omnibus modis sibi fortuna obligavit, S. C O R O N A M conservari securam ac inviolatā: sed in hoc sacro ac invicto pietatis ac iusticiæ domicilio: sed in hoc totius orbis Christiani alylo: Sed in hoc summo summorum imperij Romani thesaurorum, teatro, custodia?

Quid enim dicam de æternis V E S T A E ignibus non alibi quam Romæ depositis? signisque quæ imperij Romani tanquam pignora custodia ejus templi tenebantur? Quid de ancylibus Martis Gradivi aut Quirini (quæ sacra æqualia Romæ, & quædam vetustiora origine urbis) Romani imperij augurijs Romæ immobiliter permanentibus?

Quid eodē modo ad conservationem integritatemque S. C O R O N A E Hungariæ insignius? quam apud sacros Austriæ penates collocatam fuisse? Is enim hætenus Hungariæ status fuit: vt plus vastitatis seditio-nem domesticam, quàm vires & arma hostium fecisse, sufficienti orbi Christiano documento esset. Non templa Deorum, non Reipub. honores, non ipsa sacra regni majestas tuta hætenus, & secura ab immanitate hostium fuerant. Qui igitur S. C O R O N A inter tam infestas manus, & oculos salva permansisset? Quomodo clenodium hoc sanctum apud hostes illos qui cæci avaritia ac pondere auri foedus, fidem, ac Deos fallunt, aliquid piaculi non contraxisset? cum in

tem

templis sacrisq; omnibus tantum piaculi committeretur? Erat hoc horrendum, inauditum, & inter fatalia Hungariæ mala non postremum, dum nuper S. C O R O N A E sanctitas & autoritas ad vires regij honoris confirmandas defuisset. Hostis ille acerrimus, qui amicitia & honoris simulatione, patrocinijsq; adulatione Hungariam in servitutem redigere volebat: vt illuderetur verò, & sacro Hungariæ diademati, non ex reliquijs D. Stephani (qualibus quondam Vladislaus Jagello in tanta patriæ necessitate fortissimus princeps coronatus est) sed spolijs Greciæ infauitissimis, & luctuosissimis manubijs Christianorum conflatum falsum diadema in ritus patrios, solemnem ac sacram coronationis eceremoniam ab homine hoste, & barbaro adscisceretur. Hæc scelera, cum interea S. C O R O N A indignabundā adytis veri & legitimi regis lateret, hæc dedecora fortissimi Hungari, pati debuistis? Maxima igitur fuit, est, eritq; religio S. C O R O N A E regni Hungariæ apud domum Austriacam, quam potius inter idola laresq; Turcarum abominabiliter jace-re? quàm exulatū publicē ire, quàm in potestate quorumvis hostium amicorum turpiter delitescere, cupere non equidem video, quod majus nefas sit? Istud profectò maximum est Dei O. M. beneficium necessitatē hanc domui Austriacæ imponentis: vt in propria tanquàm in patria sede mæret, & tanquàm fidei inviolabiliter, & san

& sanctè servatæ pignus ad futurum quoq; Reipub.
Hungariæ triumphum servaretur. **QUINTVS** hic error **S. CORONAE**, aut profectio
quædam extra patriam, cum in penetralibus regis
Augusti apud Bohemos sociali foedere conjunctos ita
moraretur: vt extra teli jactum (quod dicitur) aut
extra ambiguum fortunæ aleam summarum victoria-
rum, ac triumphorum gloria vna cum **RVDOLPHO**
II. CAESARE frueretur. Et quamvis nihil à Majesta-
te Cæsarea committeretur, quod vel periculi pareret
opinionem: vel incertum habere posset eventum: ta-
men proceres populusq; Hungariæ, quod præsentia
S. CORONAE conciliata sibi numina crederet, & re-
stitutione ipsius in patriam Serenissimi Principis
Matthiæ ob merita ipsius in Hungariam insignia,
gratiam ac gloriam quæreret, Decretum de Restitu-
tione **S. CORONAE** communi condidit consensu. Ac
velut divinitus illapsa animorum inclinatio esset, post-
quam Hungari extorre nomen **S. Coronæ** pertæsi, tot
annis peculium suæ fœlicitatis extra aras, & patrios
penates, penes exteros non sine culpa aut periculo
hæreret: Regna cætera, & imperia orbis Christiani,
quorum quoq; varias fert fortuna yices, diademata
sua, & sacra omnia, quibus dignitas & gloria ipsorum
consistit, domi inviolata servare ac custodire. Hun-
garos regni sui thesaurum **S. CORONAM** externa sal-
tem

tem fide posse tueri nimis absurdum est. Quod priva-
to alicui jure proprium est, domesticæ curæ, & custo-
diæ diligenter committitur. Quod Hungaris cœlo
datum, & pro sacrosancto omnibus seculis cultum,
& in quo omnis virtutis bellicæ & togatæ disciplinæ
gloria circumvertitur, justitiæ, fœlicitatis decus, ac e-
molumentum collocatur; cœlo alieno, solo peregri-
no, & aëri dubio, in tanta fortunæ humanæ, animo-
rumq; instabilitate committitur? Invidiam præterea
nominis Hungarici, & discordiam omnia opportuna
& suspecta insidiantibus **S. CORONAE** facere. Deniq;
vt virtus Hungarorum cœlo datam gratiam, ac mu-
nus hoc sacrosanctum benè positum sciret, ne ingrati
æstimatores providentiæ divinæ, ne ignari sponte ci-
ves tanti periculi, priorisq; fortunæ cauti, ne ociosi ac
desides in tanta calamitate, rerumq; fatali mutatio-
ne, ne regni Hungariæ incolæ injusti, ac ingrati vide-
antur Hungari. **S. CORONAM** in regno collocan-
dam. His & alijs vocibus tanquam oraculo missis a-
nimi Hungarorum extimulati **RVDOLPHVM II.**
Cæsarem togati ac armati orarunt: vt tàm pio ac ne-
cessario officio in **S. CORONAE** restitutione locum da-
ret, approbaretq; ipsorum de salute & gloria patriæ
suæ curam, & desiderium. Recolligeretq; quoq; Cæ-
sar exempla priorum ætatum, quibus bello, ac multo
effuso sanguine suo, alienoq; honorem **S. CORONAE**
asserere.

assererent, ne qua talis calamitosa belli, & casus ipsius
invitis, aut coactis funesta existat representatio.

Recepit hanc in se curam, ac provinciam S. Co-
RONAE reducendae Serenissimus Princeps MATTHI-
AS II. divinitus quasi excitus, & cui totius Gubernationis
Hungariae integrum jus constaret, cum jam a-
nimi excellentes, & sublimes praesagiebant, & popu-
li non usitata commotio, atque agitatio in rumores dif-
fundebat. Consilio enim singulari eventus magna-
rum rerum, atque mirabilium DEVS praecognosci, atque
increbrescere, & rumores antecedere exitum vult, ne
quid fortuito accidisse videatur. Qua commemora-
tione nihil certe speciosius inveniri possit, quod il-
lam in virtutis summam mentione versari, & splendi-
dissimae laudis explicatione, & admirabilis decoris
demonstratione consumi necesse sit: Ut enim impo-
sitae olim supra fallorum Deorum manus veteres
imagines victoriae simulacra exhibent: Sic in hujus
Serenissimi Principis manu DEVS aeternus victo-
riae non sigillum, sed eventum atque for-
tunam collocavit.

ARCUS TRIUMPHALIS EXPEDITIONIS
S. CORONAE.

ANNO M. DC. VIII.

SERENISSIMVS
PRINCEPS MATTHIAS
SACRA EXPEDITIONE
votis procurata.

MORAVIA PACIS, ET
Libertatis Restitutione munita.

BOHEMIAE CLEMEN-
TIAE ET MAGNANIMITATIS VESTI-
gia impressit, Florentis: exercitu ad caedes, Praedas fero-
cissimis oculis spectante, DISCIPLINA ac AMO-
RE SVO emollito: Savitia ac insolentia repressa,
castrisque ad Pragam pulcherrime dis-
positis.

IMPERATORE RODOL-
PHO II. AMORE FRATERNO
in successionem Regni Bohemiae adoptante:
summoque suffragio Bohemorum adoptato, &
designato Rege Haerede dignis-
simo.

Hungariae S. Coronam speciosissimi:
Triumpho Pace, Gloria, Liber-
tate, Fide, Comitibus pulcherr:
Felicitate Divina recuperavit,
Recepit laude meritis.



Vidigitur hunc tanquam di-
vinitus promissum, caelestis S.
CORONAE auspicio demon-
stratum ac destinatum, felicis-
simi Hungari, regem recipere
cunctamini? Hunc profecto
DI Immortales vobis nasci, vobis vivere volue-
runt, ut esset in quo virtus vestra se per omnes
numeros efficaciter ostenderet, fortitudine, sapi-
entia, moderatione, constantia, clementia non
saltem alios; sed & seipsum quodammodo vince-
ret. Ad bellicae gloriae cumulum summum illum
pervenisse, quis dubitat? cum nullus in Hungaria
tot annis bellis exercita locus sit, in quo ille, non
statuisset victoriae monumenta, fixisset tropaea?
Recordemini, quaso, duplicis illius apud **ALBAM**
REGALEM victoriae, ubi in medio hostium, acie
disposita, ferro districto inexterritus hinc Christia-
norum,



norum, illinc Turcarum oculis incredibili specta-
culo, pro vestra salute pro vestra gloria constitit,
nihil minus optans, quam aut pulchram pro pa-
tria oppetere mortem: aut praclaram fortiter a-
gendo suo sanguine vobis reportare victoriam.

Vicisti, Rex fortissime. Tu vicisti tunc tua ma-
nu, & id evenit, quod in bello plerumque solet: ut
Mars optimum quemque ex acie pigneretur. A te
confirmata tuorum turma, atque cohortes, profliga-
ta hostis copia, diffusi exercitus, victoria hostibus
rabie effrenata circumfusis erepta. Quid in Iau-
rini per Bassam Sinanum non tam virtute & ar-
mis, quam fraude & dolo acerrime oppugnati ob-
sidione? in qua consertis manibus, ac praelio com-
misso, tuorum ducum perfidia, hostisque exultante
audacia victoriam imperfectam ac debilitatam
relinquere coactus, divina animi magnitudine op-
petere indignationis sensu decreveras, nisi tuorum
fidelium monitis animum revocasses, fari melioris
gratia.

Cautius ut sevo velles te credere Marti. Re-
linquo annuas expeditiones, tot oppugnationes, &

obsidiones presidiorum. Totum nimirum illum
campi Martialis theatrum pulcherrimum, in quo
non saltem constantissimi ducis, sed & fortissimi
militis munia gerens: Hungariam fortissime ab
hostibus defendendo, victorijs, & triumphis in-
numeris illustrando, se **MATTHIAM** secundum
Primo illi (cujus apud vos est aeterna gloria)
quam similimum demonstravit. Felix & charum
nomen *Matthia Hungaria!* quo invitati Hun-
gari cogitabunt divina suffragatione in Serenissi-
mo Archiduce *Matthia* omnium preclare gesto-
rum decora *Matthia* reflorescere. Quid enim
Principem hunc cum illo, regem cum rege, fortu-
nam cum fortuna conferre invidia aut livor pro-
hibet? Diversa quaedam naturæ ratio est inter
hos duos principes, similium virtutum similia de-
cora fato quodam convenire videntur. Non ea-
dem illis sors nascendi fuit. Ille mediocrum gene-
re natus, virtute & meritis potius patris, quam
suis ad regij honoris fastigia emerferat. Hic glo-
riosissima domus *Austriacæ* divino stemmate pro-
satus, tot imperatorum *Divorum*, *Ferdinandi*
pra-

praesertim, & *Maximiliani* patris secum immor-
talem in *Hungariam* meritorum gloriam cum
ipso nascendi principio adferens, tum omnia mi-
litia sacra genera ab ipsis regijs incunabulis in ve-
stro conspectu exercuit: aequè *Tyrocinia* virilisq;
audacia, ac imperij munia inter quæ tam longo
ætatis tempore variè fortuna assultavit: virtus
vero illibata multa experimentorum belli lucta-
tione cum victoriarum splendore, & gloria efflo-
ruit, *Hungaria* devovit: ut non majorum suo-
rum meritis: sed suæ virtutis gestis immortalibus
amorem *Hungarorum* iustissime promeruerit.

— Omnium verò bellicarum rerum laudes sunt
insignes, & harum splendor est maximus: Sed
si nihil nisi bella geruntur, & occasiones querun-
tur armorum, & contentionum causæ undiq; ca-
piuntur; vel pars victoriæ cupiditatis istius insa-
mia notantur: vel laudes illæ in militaris audaciæ,
& ferociæ elationem atq; impetum desinunt. Istud
erat in **MATTHIA PRIMO** etiam sui tem-
poris hominum iudicio ratum receptumq;, & suo-
rum etiam domesticorum opinione firmatum,
dum

dum tot annorum bellicam felicitatem concoque-
re non poterat, nulliusque rei quam pacis patria
studiosior esse videbatur.

Contra ut vera: sic sincera fortitudinis opera
in MATTHIA SECVNDO ejusmodi sunt: ut
quibus nec belli perversa appetitione, patria tur-
bata pacis tranquillitas, neque quietis studio honeste
bellandi labor vitatus esse videatur. Eadem et-
iam fortuna in provincijs plerisque vicinis, et re-
gnis Hungariae confederandis: Sed dispari ratio-
ne, et modo. Armis, et violentia PRIMVS
MATTHIAS in vitam Austriam, Moravi-
am domuit, et novo foedere adjunxit, suscepit Bo-
hemiam: ut si omnia illa mala ac incommoda,
quae MATTHIAE belli fortuna secum traxerat,
considerentur, hostis potius, quam princeps patria
populariter iudicatus, magnanimorum aliena-
tionem experiretur.

Ostentatis fortiter ad speciem terroris armis
SECVNDVS MATTHIAS consilio, virtute,
clementia, et benevolentia, AVSTRIAM,
MORAVIAM, ET BOHEMIAM acquisivit,
infe-

infestas gentes Hungaria, et superiorum bellorum
horrore exasperatas pari felicitate, et benignitate
conciliavit, illibatis genitum populorum utri-
usque partis viribus pacem, ac concordiam red-
didit stabilivit. Serebat bellum ex bello MAT-
THIAS PRIMVS nusquam summa victoriae
praemia deponens, fato quodam proprio, et genio
suo semper sonitum armorum circumtulit. Bello
duplici externo duplici et civili MATTHIAS
SECVNDVS perfunctus pari innocentia satis-
factum bello ratus, bellum pacis caritate deposu-
it, pacem et tranquillitatem afflictissima Hun-
gariae cum omnibus hostibus vicinisque provincijs
ac populis constituit.

Egregium profecto PRINCIPATVS tem-
peramentum, si virtutis utriusque sagata, et toga-
tae decora, ac ornamenta misceantur. In iram et
furorem in externos ac domesticos cultores saepius
prorupit MATTHIAS PRIMVS, postquam
remoto metu suo tantum ingenio utebatur, inte-
stabilis sevitia, sed obtentis cupidinibus. Quid
similis habet SECVNDVS MATTHIAS? cu-

ius pectus totum clementia occupavit, cuius man-
suetudinem potentissimi affectus ira, atq; gloria
quaterere hactenus non potuerunt, popularis etiam
humanitatis pulcherrimum exemplum. Illius ut
infinitam gloriam bellica virtus: Sic amorem
immensum huius clementia meruit. UNVM illud
G L O R I Æ, & clementie commune utriq; E-
L O G I V M. Dum contra M A T T H I A M P R I -
M V M celebrem illam, ac nefariam defectionem e-
lecto, & adducto in Hungariam rege P O L O N O
movissent. Ubi cum omnes alios hostes mira pro-
speritate vinceret; hic vero seipsum plane vicis
victoria pulcherima: ut non in corpore mortali,
sed in arce caelesti animum ejus armatum contra
vltionem ac vindictã via stationẽ putes peregis-
se. Quid huic affinis SERENISS: principe M A T -
T H I A I P: qui in illa inexplicabili civitis belli con-
fusione eodem generoso spirita fortuna contempsit
audaciam, eadem profecto pignora fortuna in di-
scrimen detulit, eundem amorem, & constan-
tiam in sedando furore truculentissimo abjecta
vindicta acrimonia, exhibuit, & declaravit, &
quod

quod omnium votis exposcebatur, quiete ac tran-
quillitatem velut alter A U G V S T V S gentibus
infestissimis suo sudore comparavit.

Quae igitur huius Principis, Hungariae proce-
res nobilissimi, apud vos & posteros vestros existi-
matio? qui pro incolumitate, dignitate, & maje-
state vestri imperij omnia divina virtutis munia
explevit, ac consumavit.

Deniq; cum illum fulgentissimum restituta S.
Corona triumphum considero, non sine aliquo re-
ligionis huius honore, ac horrore dico.

M A T T H I A M P R I M V M, gladio, sanguine,
cladibus primum S. Coronam, recuperare voluis-
se: deinde quod his omnibus parceretur, ne tam
dialis apex, & Augustalis gloria profusione san-
guinis Christiani incestaretur, impenso precio fa-
talis auri redemisse.

S E C V N D V S M A T T H I A S cum neq; divi-
nae misericordiae, neq; armorum auxilia ad sum-
mam victoriae spem deerant, clementia, & amore
S. Coronam recuperavit: felicitate divinitus ita
data: ut regnorum ac provinciarum florentissi-

marum fœdere arctissimo velut connubio facto,
magna omnium admiratione, hæc S. CORONA,
velut desponsationis divinæ cujusdam symbolum
aut arra, clarissimi specie triumpho accesserit. Fru-
ere itaq; hoc speciosissimo, REX serenissime, tri-
umpho. Fruere RESTITUTÆ S. CORONÆ
gloria, quæ non statuis, colossis, aut arcibus, tan-
quam mox temporis aut fortune alicujus injuria
perituris monumentis adumbrari: Sed in animis
hominum, sed in fastis ac libris Hungariæ viva-
cissimis memoria imaginibus describi, & exculpi
queat. Virtus nimirum, placabilitas & clemen-
tia tuæ Majestatis, ferè extra summam felicitatis
orbitam progressa, pro re nata non peniten-
dam fortunam consecuta est, & præclarorum
Reipub. Christianæ incrementorum opportunitati
locum invenit, dum S. Coronam Hungariæ, &
Angelicum diadema in patriam deferendum cœ-
lesti omine destinata est, certissima quasi eventus
divinitus promissi, præclarissimum opus publica
tranquillitatis, & quietis, deniq; status (quod o-
mnibus in votis est) felicitissimi in Hungaria pul-
cher-

cherrimo gloria S. Corona restituta, & constituta
colophone consumabit. Quod enim tibi, Rex Sere-
nissime, tropæum dignius? Quis arcus triumphalis
speciosior ponendus? Quæ adorea sanctior con-
secranda? quam dum clarissimum Europæ totius
sydus S. CORONAM Hungariæ, quod quondam
mortalis aris summa rependi fortuna voluit: nunc
virtutis & clementiæ tuæ æstimatione recuperasti.
Per te iterum S. CORONA nescio quibus tene-
bris abdita consortioni suæ divinitatis in patria
adscripta est, Per te cœleste numen ab injuria se-
se vindicavit. Hæc te amara servitute pressa libe-
ris ac lætis oculis aspexit. Hæc salutis suæ patro-
num: Hæc socium victoriæ assumpsit. Hæc vadem
suæ majestatis. Hæc obsidem suæ gloriæ accepit.

Tuas igitur in hac tua solennitate, aras & aras,
tua sacra scrinia, tua genia pia, Sancta Corona,
veneratus oro, & complector: ut propicio ac fa-
venti numine tantorum Serenissimi Principis la-
borum, tam sanctorum erga te meritorum apud
gentem Hungaricam, quæ tua apud illam est reli-
gio, & charitas, conscientiam favoris nutrimen-

itis alius, immortalium gloriam beneficiorum gra-
tissima mentis significatione novæ Regiæ Majesta-
tis fulgore condecoras. Si nihil aliud dignum ho-
nore, premio, vel memoria gessisset, tua tamen re-
stitutione: tua in patriam ac inter Deos hospita-
les reductione, abundè se genti Hungaricæ, & o-
mni posteritati commendavit. Tua religio, tua
sanctitas, qua te ut cœlicam: ut sacrosanctam: ut
Angelicam colunt, ac venerantur Hungari cogni-
ta est toti orbi Christiano: & cuius honoris, &
majestatis ab ipso origine derivati causa sangui-
nem proprium millies profundere non dubitant.
Eadem fides, eadem observantia Hungarorum
erga clementissimum Principem **MATTHIAM**
II. tua reductione benè meritissimum universis
Reipub. Christianæ nationibus fortuna maligna
nubilo aliquandiu pressa elucescat: ut nimirum
intelligent Principem optimè meritum justam re-
tulisse gratiam, nec res gestas pulcherrimas, & spe-
ciosissimos triumphos hac unica ingratitude
macula obscurare patiantur, nec, quia sanctè pro-
merito sanctissimis meritis debita reddere premia
negli-

negligerent, indignè lesa ingratis animis iusta
pracula exolvant: neve legem ingratorum vindi-
cem tua Majestas retinens, alumnos suos Hun-
garos gravissimis iterum malis ac ruinis sinas in-
volvi. Ac erit Hungarorum celeberrimum Ex-
emplum apud omnes reges, ac principes (quorum
etiam interest regalia merita in violata haberi)
Fœlicissima Hungarorum fœta, æquissima jura,
constantissima ingenia summo consensu maximas
ornare virtutes, laudatissima decora, & merita
æterna suorum principum loco censeret iustissimo,
& optatissima consequi premia.

Efficies deniq; S. Corona, tua hac religionis in-
tercessione, pro inclyto Rege apud Hungaros: ut
ipsius virtus tua glorie precio æstimata, ad maxi-
ma quæq; & Heroica, pro salute, & flore regni
Hungaria obeunda exuscitetur, & præclara sua in-
pietate, libertate, ac pace reedificationi, ac restau-
rationi pulcherrimum imponat fastigium. fabrica-
tionisq; pulchritudinè, & venustatem undiq; ope-
ribus, ac munijs adjungat, & quicquid erga gentem
Hun-

Hungaricam Serenissima clementia voluntate,
admirabili studio, ingentibus meritis, affectionis
multiplicem declarationem attinet, libentissime
prestare dignetur, Vivat modo Rex Serenissimus.
Vivat. cuius clementissima cura, & liberalissimus
respectus, nos præ cæteris proteget, defendet, con-
servabit, tutos, incolumes, florentes, & auctos com-
modis præstabit.


Nec mihi in hac, S. CORONÆ, feriatiōe, ac
solemnitate, tu i Illustrissime Comes GEORGI
THVRZO virtus debita laudis depradicatione
defraudanda est; qui sacram hanc expeditionem
cum reliquo flore ac vigore nobilitatis, ac militia
Hungariae forti animo suscepisti, sapienti conatu &
consilio administrasti, eximio famæ decore finisti.
Etsi verò pulcherrima hæc armorum instructio
tibi, & reliquo exercitui Hungarorum adornata
fuit in hunc finem: ut non solum vitam (ut ait
Poeta) pro laude pacisci, sed pro pace, & tran-
quillitate, pro sociorum incolumitate, pro ipsa S.
CORONÆ ex adytis Bohemorum liberatione,
quasi recentem sanguinem profundere non dubi-
tassent:

sent: tamen cum peculiari DEI O. M. benefi-
cio, & diuina Serenissimi Principis felicitate con-
tigit: ut animatos hæc esset militia, & incruenta
victoria, nec numen S. CORONÆ, pro qua quon-
dam rex bellicosissimus MATTHIAS non saltem
auri maximum pondus expenderat, sed etiam
multorum vitam, & sanguinem impenderat,
christiano pollueretur sanguine, tuus vero tibi con-
stabit honos, tua tibi sub umbra S. CORONÆ flore-
bit laurea, vigebit gloria, cuius sapientia consilij,
& actionibus optimis plurima effecta esse, cuius
prudencia, & auctoritate innatam illam, ac milita-
rem in Hungaris animositatem, cum sibi victoria
præmia, belliq; jura erepta esse dolerent, cohibi-
tam esse, palam omnibus est. Et quamvis ille
infectus decori, atq; virtuti inuidia flatus cum po-
pulari quadam aura in hanc tuorum consiliorum
laudem, & gestorum existimationem incitetur:
nunquam tamen illius tanta vis est futura: ut
pulcherimas tuas laudes conuellat, & evertat
gloriam illustrissimi nominis tui. Alius enim hæc
radices egit, quibus nititur stirpis tale robur: ut
E nullorum

nullorum ventorum procellis concuti aut affligi,
nedum frangi aut prosterni possit. Fœlix igitur es,
erisq; COMES, perpetuitate huius nominis, quod in
partem gloria reductionis S. CORONÆ veneris, una
cum reliquo ducum ac militum Hungarorum nu-
mero. Tuetur etiam famam bonamq; existimati-
onem tuam, omnium flagrantium amore virtutis
tuæ studium, & meritis tuis immortalibus debita
memoria, aderitq; suo patrocinio S. CORONA, quæ
te primum latebris Bohemorum TRIVMPHANS
cœlesti fulgore aspexit: te primum testem, & obsi-
dem gloria suæ nuncupavit. Fruantur Hungari
fortissimi, quotidie tanto quoq; gloria suæ monimē-
to, & ante oculos habeant S. CORONAM in
TRIVMPHO suo sitam. Recipiant eam non hor-
rido, ac tristi belli pertinacis: sed lato & sereno pa-
cis vultu, non in illam patriam ubi omnia lachry-
mis, gemitu, cadibus, fuerunt infecta. sed in hanc
quæ dignior est, pacis & felicitatis domicilium
collocent, gratia, honore, concordia abundantis-
simisq; opibus fulgentem, nec unquam amplius
ducant, & habeant desertam, ac relictam à D^{is}
Immor-

talibus, & in peregrino solo habitantem. Accipiat
Princeps serenissimus hanc S. CORONAM meri-
tissimum suo capiti decus, & moribus ornamen-
tum, & quem diuina providentia, ducem, vindi-
cem, custodem, ac sponsorem S. CORONÆ institu-
it: hunc iam saluent possessorem, patrem, regem
Dominum. Nec dubium est, fortissimi Hungari,
quin huius novi & CORONATI REGIS auxilio
vestros pulcherrimos triumphos, vestra strenua
belli ministeria, & decora, vestram inexpugnabi-
lem fortitudinem, proq; dignitate, & salute totius
Christianitatis perpetuam excubationem, testatio-
rem benevolentiam, & rursus harum rerum v-
berrimos fructus, pacis fœlicia incrementa, justitia,
& æquitatis ornamenta S. CORONA quàm liben-
tius, & fœlitius, tam etiam religiosius erit operata.
Macti igitur hoc IUBILÆO S. CORONÆ. Macti
fauore, & amore NOVI REGIS. Abrogate, Hun-
gari felicissimi, illud horrida vetustatis rubigine
obsitum imperium aduentu & presentia duorum
numinum. Auserte amara belli suspiria. Date
nunc vela pia, & placida affectus læticia, & pon-
dite

*die vexilla pacis, & perpetuae tranquillitatis. In-
choate nunc propitio numine sub optimo, & TO-
TO PRINCIPE TOGATAM ÆTATEM,
eamq; vestris antiquis & memorabilibus institu-
tis pietate & iustitia reformatis exigit
felicem.*



**AD ILLUSTRIS-
SIMUM AC MAGNIFICUM D. D.
STEPHANVM ILIESHAZICOMITEM**
Trinckinien, & Liptowien D. & Patronum obseruan-
dissimum.



Rationem habitam Cassouix ad proceres
& status Hungariæ, Illustrissime Heros, so-
lennitati S. CORONAE consecraui, non alio
fine, quam quod argumentum habeat simi-
limum, præterea prudentiæ ac sapientiæ tuæ
primùm, deinde etiam pietatis erga patriam, fidei erga
Principem luculentissimum contineat testimonium. Sunt
enim forte aliqui, qui rectissimis consilijs, salutaribusq;
actionibus tuis obtrectando labem aspergere, quiq; suis
confusis sermunculis illustrissimi tui nominis cumq; eo
bonorum, pietate & sapientia complurium ciuium patriæ
saluti, ac dignitati consuli studentium famam exagitare
audent. Vulgi enim veluti astipulationes, ac celebrationes
nihil habent liquidæ ac sincerae commendationis atq; lau-
dis: Ita nec obtrectationes ac calumniæ solidi vituperij,
Multitudinis quippe testimonium non modo, secundum
Ciceronem, non grauißimum: sed omnino leuissimum est.
Poniturq; id, secundum prouerbium in aqua fundamen-
tum, quodcunq; in opinione & moribus vulgi collocatur,
Etsi vero quæ ante oculos, interq; manus sint, vt Poeta
inquit, demonstrationem verborum, non videntur requi-

F rere.

vere: tamen tuarum virtutum, & insignium de patria meo-
ritorum decora, nominis, & famæ, & laudis eximie debito
præconio, non mea saltem, sed omnium, qui honestum
atq; decus suis ponderibus examinare solent, sententia ce-
lebrare possem, si angustia huius extemporaneæ scriptiun-
culæ sinerent. Non enim intra parietes vitæ tuæ priuatæ,
vbi virtutum tuarum imagines eminenter conspiciere li-
bet, ingrediar: in theatro celeberrimæ tuæ Hungaricæ &
Turcicæ PACIFICATIONIS constitutus summaria quæ-
dam breuissima seriatim explicabo ac complicabo.

Objecisti te primum sæuissimæ tépestati, & flammis
belli te non sine vitæ tuæ periculo admirabili animi robo-
re intulisti: sanasti morbum grauem, atq; inueteratum &
mortalia patriæ vulnera, vt quandoq; diffidebas posse cu-
rari. Furorem bellicum, ratione, consideratione, ac pru-
dentia summa salutari prius temperamento veluti modi-
ficatum tandem planè consumpsisti. Eodem funestissimo
horrore belli exasperatas gentes amicitie & concordie vin-
culo colligasti. Hungariam distractam, & per imbecillita-
tem ac discordiam seruitutis Turcicæ jugum vix non pas-
suram eripuisti. Famam, libertatem Hungariæ iacentem
in squalore & tristitia erexisti. Opus præclarissimum publi-
cæ tranquillitatis, & pacis communis, deniq; foelicis sta-
tus in Hungaria consumpsisti. Quorum meritorum sincera
& accurata consideratione de te Illustrissime Comes, exi-
stimo verè dici posse in tua animi magnitudine, fide, con-
silio reuixisse Hungariam, & tuum ingentem spiritum verè
esse

esse animam illius: aut si quis hæc negat, ita patriæ te natum
esse, cuius vitam consilia tua, actiones felicissime comple-
ctuntur. Debetur igitur tibi merito Coronæ. Debentur ar-
cus triumphales, siquidem vtramq; gloriam consequeris,
quod pacem cum hostibus confeceris, & quod patriam
conservaveris, quæ nescio quo infesto ac miserabili casu
sæpius in propria viscera conuertit manus. Atq; ego vel
summam hanc gloriam: vel summæ certè proximam con-
iunctam cum felicitate tibi diuinitus etiam data profide-
or. Vale interea & viue patriæ. Illustrissime Comes, &
mee huic velut ex theatro acclamationi ignosce. DEVS
Illustris. D. T. saluam, & incolumem conseruet in annos
quàm plurimos.

Illustrissime M. V.

deditissimus

Elias Berger

F 2 ORA

ILLVSTRISSIMI D. D.
STEPHANI ILIESHAZI COMITIS
TRINCHINIENSIS, AC LIPTOVVIENSIS, HABITA
ad proceres, & status Hungariæ superioris Casso-
viæ congregatos.

In quantis periculis versabatur, nobilissimi pro-
ceres, vniuersiq; status & ordines partium ista-
rum, regni Hungariæ, & quantis cladibus ac ca-
lamitatibus tam ab exteris hostibus, quam alijs
diversis nationibus internis affligebatur, & pre-
mebatur patria hæc nostra dulcissima, quæ hæctenus tot seculis
clypeus, propugnaculum, & murus æbeneus orbi Christiano fuit:
non existimo necessarium coram, verbis multis commemorare.
Persuasum enim mihi est, neminem vestrum existere tam noviti-
um, qui horum infinitorum malorum aut non reminiscatur: aut
certè molem calamitatum earum cum lachrimis, & gemitibus
non senserit. In avertendis autem, & tollendis hisce periculis,
& componendis undiquoq; exortis tumultibus, quæ serenissimus
Princeps Matthias Archidux Gubernator noster clementissi-
mus, auxilio divino, pro sua paterna erga nos affectione & cura,
media ac remedia invenerit: vt patria nostra charissima respi-
rare, & viribus reparatis diutius clypeus & propugnaculum to-
tius orbis Christiani persistere queat, Articuli Vienennsis Paci-
ficationis horum sunt testes locupletissimi, vnde etiam postea Re-
conciliatio tam cum Christiano populo, quam vicinorum regno-
rum

rum ac provinciarum cum Hungaria confæderatio: quin etiam
pacis Turcicæ finalis conclusio promanarunt. At postquam non
nullorum, pravis ac inquietis malevolorum consilijs sacra Cæsa-
rea Majestas eò impellebatur. vt hæc omnia acta, & transacta
rescinderet, & irrita faceret, nec pacem cum Hungaris & Tur-
cis sanctè initiam seruaret & coleret, id quod occasionem nouo-
rum tumultuum Heidonum, Turcarum stimulis ac conspiratio-
ne amplissimam dedit. Maxima itaq; necessitas est imposta se-
renissimo Principi, ac Gubernatori nostra: vt pro sua paterna er-
ga nos cura & amore, & ex officio susceptæ gubernationis
quàm primum huic malo prouideret, ne ipsimet Hungari in sua
viscera igne & ferro, prout cæperant, grassarentur, neue Turce
in ciuili discordia ulterius furijs suis progredierentur. Ideò con-
uentum Posonij indixit, vt communibus regnicolarum suffragijs
via & modas inueniretur, quo pax inita cum Hungaris & Tur-
cis stabiliri, & ad finem optatum perducì possit, quæ omnia ex
relatione Legati vestri Magnifici Domini Michaelis Czobor,
qui huic conventui interfuit, optimè intellexistis, imo & sigillis
& statutis vestris superinde editis iam approbastis. Vt verò hu-
ius conuentus statuta in effectum deducerentur, Serenissimus
Archidux Matthias sæpius per literas sollicitè & suppliciter ad
obseruationem pactorum Viennensium requisit Sacram Cæs:
Majestatem, simul quoq; regna vicina, prouincias, & principes
Christianos, quo in cardine negocium pacis versaretur, certos red-
didit: utq; tam pio & utili conatui ipsius, fauore ac patrocinio
adessent, apud M. C. invitauit. Sed cum nulla ratione Majestas
Cæs: ad seruanda pacta, & statuta Vienensia adduci potuisset,

et maximum in mora esset periculum, Princeps Serenissimus et
Gubernator noster clementissimus, nouam hanc inire rationem
coactus est. Primum: ut nouis Turcarum molitionibus indu-
cijs ferè elapsis occurreret, me cum alijs certis legatis ad pacem
Turcicam conficiendam diuersis in locis Viuarij, et postremo
Comaronij destinauit. Deinde in persona sua cum florentissimo
Hungarorum, Austriacorum, et Moravorum exercitu Pragā
versus expeditionem suscepit, ubi cum Imperator Inuictissimus.
Principis Serenissimi et Gubernatoris nostri singularem in gen-
tem Hungaricam affectionem, atq; in conseruanda patria no-
stra studium, ac industriam perspexisset, studio boni publici per-
motus, et permansionis totius Christianitatis avidus abiecit bel-
li consilia, pacem confirmauit, insuper: ut et amori fraterno
gratificaretur, et officio suo curaq; de salute et incolumitate
regni Hungariae satisfaceret, S. Coronam ejusdem regni Hun-
gariae cum omnibus clenodijs suae Serenitati, et Hungaris re-
stituit. Quae omnia in futuris Comitijs, Posonij ex Serenissimo
Principe, et Gubernatore nostro, et ex literis Caesareae M. ube-
rius cognoscere licebit.

Postquam itaq; id, quod diu, quod summis à D E O O. M. ac
ardentibus votis consequuti sumus, aequum et justum certè est:
ut antè omnia D E O O. M. cuius, utpote, singularis in gentem
Hungaricam praeter spem, et opinionem omnium, misericordia
et benignitas nunc effulsit, ex intimis praecordijs immortales a-
gamus gratias, rogemusq; ut et consilia recta, laudabilia, et
salutaria capiantur, et actiones consequantur, ad D E V. Ma-
ternum pietate, ad homines gloriosa existimatione celebres. De-
inde dignum est, et maximè conuenit: ut Serenissimi Princi-
pis

pis Gubernatoris nostri insignia erga Rempub. Hungariae me-
rita et diuina erga patriam beneficia prudenter, et accurate
absq; animo amore ac odij pleno expendamus et diligenti exa-
mine trutinemus. Hic enim Serenissimus Princeps, ac Guberna-
tor noster ab ineunte ferè etate pro patria nostra dulcissima
arma defensiva sumsit, et in continuis Martis certaminibus, et
florentissima etate, proprio sanguini et vitae suae periculo non
parcens existimationem militaris personae, et bellicosi principis
laudem maximā, cum insigni pulcherrimarū victoriarum gloria
consequutus est. Ita deinceps pacis amantissimum fuisse con-
stat: ut dum plurimi Hungariam diris ac extremis deuouerent
malis, horrendas belli tempestates minitarentur. Et jam palam
ab aduersarijs manifestis oppugnari, ab occultis inimicis obtrea-
dari ceperat. Hic solus ac vnicus, tam miseris atq; duris Rei-
pub. temporibus his omnibus occurrit. Hic generoso, atq; excel-
so animo restitit. Huius, fide, industria, benignitate feda rui-
nae, atq; labis prohibita mina sunt, et impendentia nostris ca-
pitibus pericula propulsata.

Hac eadem maximi amoris erga nos omnes affectio tandem
se se proferens clarior eluxit, et splendidior est effecta, dū liber-
tatim regni Hungariae, quae tot modis tam bello aperto, quam
clandestinis insidiatorū machinamētis vim passa, ac deformata,
debilitataq; est, asseruit, vindicavit, illius semper syncerus pro-
pugnator, et protector extitit. Quid magis? ut constaret omni-
bus omnē belli victoriaeque, et eētū ad spem utilitatemq; pacis per-
tinere, et à Principe serenissimo huc dirigi, viresq; patriae de-
ploratae recreatione, ocio, ac quiete restaurari possint, pacē cum
Turcarū Imperatore, qualē antea nūq̄ habuimus cōclusit. Quae

omnia vos nō latere existimo, & Viennae Pacificationis Articuli
evidētissimè testatur. At pro tantis his præclarissimis virtutū,
meritis illud primū à D E O. O. M. præmij accepit: vt ad sacram,
Angelicā coronam in Hungariam reducendā diuinitus destina-
tur, maximāq; omniū sacri diadematis recuperati reportaret vi-
ctoriā. Quo igitur animo erga hunc serenissimum Principem ac
Gubernatorem nostrū, nobilissimi proceres, esse debetis? Quē af-
fectū testari? Eam profectō gratitudinē declarare nitamini, eam
referre gratiā: vt apud omnes orbis Christiani nationes. & alias
gentes vestrōrū præclarissimorū facinorum, ac victoriarū gloria
eō magis eniteat, & vestra talis fides & observantia in benè me-
ritū principē pulcherrimum laudis dignissimæ testimoniū obtine-
at. Quemadmodū enim optimus & laudatissimus ille Rex olim
noster Matthias coronā regni Hungariæ ex Germania recupe-
peraverat: Ita hic Serenissimus Princeps, & Gubernator noster
Matthias coronā ex Bohemia sine cæde ac sanguine reportavit.
Efficite, itaq; fortissimi proceres Hūgariæ: vt jã tandē hic Prin-
ceps Seren: & Gubernator noster clemētiss: horū laudatissimorū
gestorū, et meritorū insignes à vobis accipiat fructus. Excitate
hunc eundē vestra animi gratitudine ad majora, ad potiora, pro
salute, permansione, et stabilitate patriæ nostræ obeunda; vt alij
psincipes optimi exemplo huius Sereniss: Archiducis ad tam præ-
clara facinora, pro publico bono aggredienda, ad tam pulchra de-
cora cōparanda extimulari queant. Propediç autē Seren: Prin-
ceps noster literas, quibus Comitia de electione noui regis promul-
gabūtur, expediet, ex quibus omnia fusius intelligetis. Me autē
ea de causa huc ablegavit: vt interea, dum hæc geratur, quæ pu-
blicū bonum, et utilitatem nostræ patriæ concernunt, vo-
biscum prouideam et agam.